

## **Cautio Judicialis Prælatorvm, Ecclesiasticorum & Regularium**

**Dript, Laurentius a  
Neuhaus, [1684]**

Art. 3. Quænam causæ summarie de plano, sine strepitu & figura judicij,  
decidi possint, vel debeant.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63260](#)

nia sam in partibus, alicui committat, etiā  
contra Regularem, nulla facta mentio-  
ne clausularum, sine strepitu & figura  
iici Judicij, si causa est criminalis, vel gra-  
tali ve præjudicium post se trahens: non  
nia est integrum commissario *sola rei veri-*  
*fesse, tate inspecta* procedere, sed obligatur  
servare omnia quæ sunt Juris divini & na-  
turalis, imo etiam quæ sunt Juris posi-  
tivi, si aliter ad convincendum reum  
pertingere non possit, nec aliter nisi  
per testes juratos convictum vel con-  
fessatum damnare potest; sed de his  
plura infra, cum de Regularib⁹ agetur.

## ARTICULUS III.

Quenam causæ summarie de pla-  
no, sine strepitu & figura Judicij, decidi  
possint vel debeant.

**N**on est intentio mea, hic specifi-  
care omnes causas, quæ de jure  
etiam

## 18 CAUTIO JUDICIALIS

etiam civili summariè decidi possunt  
uti sunt, causa momentanei possessori  
**Causæ quæ in curia mercatorum ven-**  
tilari solent. Item quando agitur con-  
tra debitores tributorum & collecta-  
rum, nec non contra gabellatos passe-  
gerios & platearios. **Causæ naufrago-**  
rum, criminis læsæ majestatis, alijsque  
his similibus, quarū specificatio apud  
legistas reperire est: sed solum adduce-  
re causas, quæ de jure Canonicō sum-  
mariè & de plano &c. decidi possunt.

Quasdam causas summariè deciden-  
das adducit Pontifex in Clement. 2. de  
Iudic. hisce formalibus. *Dispensiosam*  
*prorogationem litium* (quam interdum ex  
subtili ordinis Iudicarij observatione cau-  
sarum, docet experientia provenire) re-  
stringere in subscriptis casibus cupientes:  
statuimus ut in causis super electionibus,  
postulationibus, vel provisionibus, aut su-  
per dignitatibus personatibus, officijs, Ca-  
noni-

int nonicatibus vel præbendis, seu quibusvis  
ori beneficijs Ecclesiasticis, aut supra decimis,  
en nec non super Matrimonijis, vel usuris &  
on eas quoquo modo tangentibus, ventilandis  
ta procedi valeat de cætero simpliciter, & de  
sse plano ac sine strepitu judicij & figura. Ex  
go quibus patet causas summarias esse.

que 1. Causas Electionum, postulatio-  
oud num, provisionum, dignitatum, offi-  
ce ciorum, Canonicatum, Præbenda-  
im rum, & quorumvis beneficiorum ec-  
it. clesiasticorum.

en 2. Decimarum.

. de 3. Matrimoniales.

cam 4. Usurarum, & quæ has, similesvè,  
re quoquo modo tangunt.

au. 5. Præter hęc causæ summariae sunt se-  
re quentes.

tes: 5. Causæ in quibus agitur contra  
us, Religiosos, maximè per viam inquisi-  
su. tionis, nam ibi non requiritur ordo ju-  
diciarius, sed de plano agitur, text. in cap.  
Ca- olim  
ni.

20 CAUTIO JUDICIALIS

olim X. 26. de Accusat. sed de his plur.  
infra.

6. Quando agitur de restitutione  
dotis, in casu soluti Matrimonij, Card. ple  
in d. Clem. dispensiosam in q. 30. 7. c

7. Causæ in quibus agitur contra ap  
absentem. Felin. in cap. causam.

8. Causæ summaricæ, sunt causæ mi  
serabilium personarum, pauperum, vi  
duarum & pupillorum, debentq; cau  
sæ tales expediri, sine solutione spor  
tularum, possuntque tales miserabiles  
personæ, trahere laicos coram Judice  
Ecclesiastico. Abb. & Felin. in cap. si  
gnificantibus de offic. deleg. Subintellige  
ramen si tales viduæ & pupilli verè sint  
pauperes, secus si sint divites, quia non  
dicuntur tunc miserabiles personæ  
Abb. ibid.

9. Causa hæresis. cap. statuta 20. de  
hereticis & schismaticis in 6.

10. us

10. Causæ testamentorum & legatorum ad pias causas.

11. Omnis causa quæ non requirit plenam causæ cognitionem. Card. tom.

7. conclus. 887. num. 26. & alia quæ vide  
apud Card. Tuschum. Marantam & alios.

### ARTICVLVS IV.

An cum summarie, sine strepitu,  
& figura Iudicij proceditur, reus citari  
debeat.

**C**itationem , reique interrogatio-  
nem, esse speciem defensionis, quæ  
est Juris naturalis, cum ad hoc introdu-  
cta sit, ut quis se defendere possit, nec  
à supremo Principe, licet sumario Ju-  
dicio, in subditorum causis procedat,  
etiam de plenitudine potestatis omit-  
ti, vel tolli posse, clarum est, ex Clem.  
Pastoralis de re judic. & not. Bart. in l. fili-  
us familias ff. de donat. Et Deus ipse vo-  
lens